



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

5. Pontificalia in aliena diœcesi non exerceantur, aut ordinario fiat sub  
pœna suspensionis ab exercitijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

tionem; credit ergo quod si constringeretur Episcopus per propriam personam visitatione operam dare absque libertate illam delegandi, non leue onus illi incumbere; sit ergo ex intentione Concilij fauens Episcopos in hoc decreto, post ipsas visitationes delegare. In specie quod Serenissimus Infans Cardinalis Toletanus diocesis Archiepiscopus non tenetur per propriam personam Capitulum Ecclesiae Cathedralis visitare, sed id agere posset per Coadministratorem, declarauit Sacra Congregatio. Eminentissimum Cardinalium Concilij

Tridentini interpretum proposito dubio. An coadministrator Serenissimi Cardinalis Infantis Archiepiscopi Tolerani possit per se solum visitare Ecclesiam Toleranam, eiusque Capitulum, & personas Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridenti, interpretatum secundum auditum parvum Procuratoribus, & Advocatis, reque accurato studio perpenitus arguita, censuit Coadministratorem posse etiam per se solum Toleranam Ecclesiam, eiusque Capitulum, & personas visitare. Cosmus Cardin. de Torres, Refert Ioan. Sanci, d. diff. sc. in fine,

*Pontificalia in aliena diocesi non exerceantur, aut ordinatio fiat sub pena suspensionis ab exercitijs.*

### C A P V T V.

- 1 Doctores referuntur de materia huius capituli agentes.
- 2 Episcopus alienus non potest a Patriarcha induci ad subiuncta munera Pontificalia in diocesi alii cuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsis licentia.
- 3 Archiepiscopo prohibitum est Pontificalia exercere in Ecclesiis suffraganearum absque licentia Ordinarij.
- 4 Episcopus non potest ordinare in alterius diocesi de licentia Ordinarij personas illi non subiectas, nisi habuerint dimissorias.
- 5 Pontificalia exercens in aliena diocesi de Ordinarij loci expressa licentia potest Ordines conferre etiam suis propriis diocesanis.
- 6 Episcopus in alterius diocesi de licentia Ordinarij potest tam subditos proprios, quam Episcopi licentiam concedentis ordinare.
- 7 Facultatem habens a Papa promovendi a quocumque, non potest promoueri ab Episcopo in aliena diocesi sine licentia Episcopi illius diocesis.
- 8 Familiares triennales Episcopi an alias de eius licentia ordinare possit.
- 9 Primam clericalem tonsuram suis subditis conferre non potest Episcopus in aliena diocesi absque licentia Ordinarij loci.
- 10 Ordines in loco exemplo volens conferre Episcopus alienus, debet habere licentiam superioris loci exempti, & illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus constitutus est.
- 11 Pontificalia exercere non potest Episcopus in loco exemplo vocatus ab inferiore Praelato ipsis loci sine licentia Episcopi, intra cuius fines locus exemptus constitutus est.
- 12 Suffraganeus datus Episcopo cum facultate exercendi Pontificalia de eius licentia, non potest illo mortuo ea exercere.
- 13 Confirmationis Sacramentum in alterius diocesi non potest Episcopus suis subditis conferre sine licentia Episcopi in cuius diocesi reperitur.
- 14 Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, non potest in Ecclesia sua iurisdictionali Pontificalia exercere.
- 15 Commendatarius Abbatie existentis intra fines alii cuius diocesis non potest vocare Episcopum pro ministrando Sacramento Confirmationis suis po-
- pulis, nisi de consensu & licentia Episcopi in cuius diocesi est Abbatia.
- 16 Episcopus vicinior que possit in Abbatia nullius diocesis.
- 17 Archiepiscopus non potest vii Cruce, nec Mozetta Legato presente in ciuitate.
- 18 Nuncio non debet exercere Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi sine eius licentia.
- 19 Benedictionem non solemnum, non comprehendit Concil. in hoc cap.
- 20 Episcopus & vicarius extra territorium habent facultatem faciendi actus voluntarie iurisdictionis.
- 21 Excommunicare, & absoluere subditum suum potest Episcopus extra territorium.
- 22 Abbatibus titularibus habitibus iurisdictionem quasi Episcopalem cum usq[ue] mitra non licet illam deferre extra proprias eorum Ecclesiis absque speciali Sedis Apostoli indultu.
- 23 Baldachinum erigere possunt Episcopi in Ecclesiis Regularium Pontificalia exercentes.
- 24 Abbatibus Cassinen. & Oliuanis quomodo permittatur usus Baldachini.
- 25 Episcopo exercenti Pontificalia etiam extra Cathedralem, in ciuitate tamen, tenentur assistere qui solent assistere.
- 26 Canonicci & dignitates Cathedralis si adsint, tenentur assistere Episcopo pontificaliter celebranti in Ecclesia collegiata, vel parochiali.
- 27 Vicarius generalis non potest concedere licentia alteri Episcopo exercendi Pontificalia in sua diocesi.
- 28 Ordinarij nomine venit Episcopus in presenti.
- 29 Episcopi possunt ordinare personas alteri Ordinario subiectas si ab eo litteras dimissorias habuerint.
- 30 Episcopus suspenditur a Pontificalibus si ordinaret in aliena diocesi absque licentia expressa Ordinarij loci, vel cum ea personas non subditas.
- 31 Pontificalium nomine que veniant.
- 32 Missam cum mitra, & baculo celebrare non potest ab exercito Pontificalium suspensus.
- 33 Suffrageno a Pontificalibus non prohibetur exercitium iurisdictionis Episcopalis.
- 34 Contra male ordinantes, & male ordinatos extat constitutio S. D. N.
- 35 Ordinatio Episcopi proprii extra territorium est valida, quamvis punibilis sit,

Nulli

**N**Vlli Episcopo licet cuiusvis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœcesi exercere, & nisi de Ordinarij loci & expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum, si se-  
cū factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & si ordinati ab executione Ordini-  
num sint ipso iure suspensi.

## Indictio futura Sessionis.

Placetne vobis proximam futuram Sessionem celebrari die Iouis feria quinta post primam Domi-  
nica am subsequentis Quadragesimæ, qua erit dies tertia mensis Martij? Responderunt, PLACET.

1. **V** Ide Nauarr. consil. 69, de sent excommunicantia antiqua, alias  
consil. 12, de clericis excommunicatis, min. Sayr. in floribus de-  
cis. sub illo ist. de sententiis excommunicantia decis. 66. Salzed. ad Ber-  
nard. in præt. cap. 26, lits. A, in princip. secundum novissim-  
us. Henr. in suo lib. 11, cap. 5, §. 2, in fine. Guitier canon.  
lib. 1, c. 26. Flamin. Parif. de resignat. benefic. lib. 1, q. 17, n. 17.  
Matchin. de sacram. Ordin. tract. 1, p. 5, cap. 15. Nar-  
bona. l. 59, gloss. 1, num. 2, tit. 4, lib. 2. Recop. Petr. Gregor.  
syntagma. iur. lib. 16, cap. 9, num. 3. Anguian. de legibus lib. 2,  
controversi. num. 71. Alzed. de precess. Episcop. dignit. p. 2, c. 5,  
num. 17. Zerol. in præz. Episcop. p. 1, verb. Archiepiscop. num.  
2, & p. 2, verb. Episcop. pag. 45. Petr. de Ledeufa in sum.  
p. 1, tract. de sacramento Ordinis, cap. 8, conclus. 4, dub. 4. Fr.  
Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 1 q. 38, art. 2, conclus.  
1. Piasac. in præz. Episcop. p. 1, cap. 1, num. 46. Cened. ad  
decreta collect. 52, num. 1. Vgolin. de officio Episcop. cap. 2, §.  
2, num. 5. Aloys. Ricc. in decret. curia Archiep. Neapolit. p. 2,  
decis. 188, num. 10. Bonacina de censuris disp. 3, q. 6, quod. 3,  
num. 17. Armendar. in addit. ad recep. legum Nauarra. lib. 1,  
tit. 18, l. 7, de Episcop. num. 68. Bonacina de suspensi in par-  
ticulari disp. 3, q. 1, punct. 12, num. 1. Campan. in dñsferiorio  
canon. rubr. 9, cap. 1, num. 6, metaplum de officio & po-  
ste Episcop. p. 2, allegat. 6.
  2. Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad  
subeunda munera Pontificalia in diœcesi aliius Epis-  
copi suffraganei, nisi de ipsius licentia, ut refert decusum  
Galer. in margarita casuum conscientia, verb. Episcop. &  
Ego ipse d. alleg. 6 num. 14.
  3. Pontificalia exercere in Ecclesijs suffragancorum.  
absque licentia Episcopi ordinarij prohibitum est Ar-  
chiepiscopo, ita Aldan. in compendio canon. refolut. lib. 1, tit.  
8, num. 2, vbi refert decusum a S. Congreg. Episcop. sub die  
¶ 18 Aprilis 1599.
  4. Episcopus in alterius diœcesi de licentia Ordinarij lo-  
ci non potest ordinare personas, quæ non sunt subiectæ  
illi ordinario, nisi habeant dimisiorias generales a suis  
ordinariis, ita refert decusum Armendar. d. 17, de Episcop.  
pi. num. 68.
  5. Episcopus exercens Pontificalia in aliena diœcesi de  
Ordinarij loci expressa licentia, potest Ordines conferre  
etiam suis proprijs diœcesanis, non obstante hoc de-  
creto, ex Aldan. d. 11, 8, num. 3, vbi testatur sic resolutum  
¶ sub die 6. Iulij 1595. & idem tenet Armendar. d. loco n. 5.
  6. Episcopus in alterius diœcesi existens potest præua-  
licentia illius, tam subditos proprios, quam Episcopi li-  
centiam concedentes abique incursum peccatum ordinari-  
re, ex Aldan. d. loco, vbi refert decusum die 22. Febru-  
rij 1630.
  7. Facultatem habens a Papa promouendi à quocunq.,  
non potest promoueri ab Episcopo in aliena diœcesi si  
ne licentia Episcopi illius diœcesis, per cap. 11, s. 7. nisi  
Episcopus illius diœcesis confidetur iuriu vicarium illi-  
um Episcopum exterum vt pro se promoueat, sicut  
non sufficit simplex licentia, sed constitutio in sui locum  
requiritur, ut probatur ex d. cap. 11, ibi, vel ab eo quod pre-  
8. eo, &c. ita Aldan. d. 11, 8, num. 5.
  - Familyares triennales Episcopi, in cuius diœcesi exer-  
cer aliis de eius licentia Pontificalia, poterit inuitat us  
ordinare, si Episcopus, qui hanc facultatem exercendi  
Pontificalia illi dedit, expresse etiam dedit licentiam  
huius familiaris quod possit ordinari ab eo, ac etiam fami-  
liarem alterius Episcopi extranj, si expresa adit ipsius  
licentia, cum talem familiarem Concil. habeat pro sub-  
dito illius Episcopi, & sicut Episcopus verè subditum
- suum potest facere ordinari ab alio, sic & istum, refert  
decusum Aldan. d. loco.
- Episcopus in aliena diœcesi non potest conferre pri-  
mam clericalem Tonitratam suis subditus, absque licen-  
tia Ordinarij loci, ut resolut Campan. in diversi iuris ca-  
non. rubr. 6, cap. 1, num. 2, quem referto d. alleq. 6, num. 15.  
Nicol. Ganc. de benefic. p. 1, cap. 5, num. 142. Acuña ad cap.  
illud, num. 3, disp. 71. Narbona l. 20, gloss. 2, num. 125, tit. 1,  
lib. 4. Recop. Sanch. in opus. moralib. tom. 2, lib. 7, cap. 1, dub.  
5, num. 2. Iul. Cef. Madius de sacris Ordinibus, cap. 2, num.  
4, contra Rebuff. in tract. nominat. q. 14, num. 29, & 65. &  
in præz. benefic. rubr. de Eccles. & quibus & quoniam ordinan-  
tur, num. 13. Henr. in summ. lib. 3, cap. 6, §. 6. B. m. cina de  
Sacrament. disp. 5, q. unica, punt. 2, num. 13. Tolet. lib. 1, sum.  
cap. 48, num. 6, alias cap. 49, num. 4. Mollel. d. cap. 2, num. 15.  
Azor. in finit. moral. p. 2, lib. 3, cap. 48, quest. 5, verb. quæres.  
Villalob. in summ. tom. 1 tract. 8, diffic. 7, num. 17. Maur. Al-  
zedo de præcellentia Episcop. dignit. p. 2, cap. 5, num. 18. An-  
ton. Diana moral. resolut. p. 4, tract. 4, resolut. 143, existimantes  
id ei licere.
- Etin Ecclesijs Regularium, vel alijs locis suæ diœcesi-  
sis exemplis, aut alterius cum licentia, ut suprà, Pon-  
tificalia exercens Episcopus, potest solium, thronum, &  
Baldachinum, conferre, ut per Laurer. de Franchis in  
controversi, inter Episcop. ex Regul. pag. 95. in resp. ad 1.
- Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco 10.  
exempto, non solum debet habere licentiam Superioris  
loci exempti, sed etiam illius Episcopi, intra cuius fines  
locus exemptus est constitutus, ut refertur decusum Ar-  
mendar. d. 17, de Episcopis, num. 55. Aloys. Ricc. in præz.  
rerum fori eccles. pot. resolut. 495, in notab. de materia Episcop.  
Galer. in margarita casuum conscientia, verb. Episcop. pag.  
100, col. 2. Ego ipse d. alleg. 6, num. 12.
- Non potest enim Episcopus Pontificalia exercere in 11.  
loco exempto, & iurisdictionis non Episcopi, sed inferioris  
vocatus tamen ab ipso inferiore, sine licentia Episcopi,  
intra cuius diœcesis fines esset locus ille, etiam si  
ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare  
Episcopum, quem maluerit, ad ministrandum sacramen-  
tum Confirmationis, dummodo locus ipsius exempti sit  
infra fines diœcesis aliius, ita ut non sit nullus, quia  
tunc posset, ut testatur resolutum Armendar. d. 17, num. 68.
- Suffraganeus datus Episcopo Vilnen. cum iaculare 12.  
exercendi Pontificalia officia in diœcesi, & cunctate Vilnen.  
de expresso consentiu. & licentia moderni, & pro tempore  
existentis Episcopi, non potest eadem Pontificalia  
exercere, ut exercuit viuente Episcopo, post illius mor-  
tem Sede vacante, Capitulo non contradicente, ita Aldan.  
d. tit. 8, num. 9, vbi refert decusum in Vilnen. 22. Fe-  
bruario 1631.
- Confirmationis sacramentum in alterius diœcesi non 13.  
potest Episcopus suis subditus conferre sine licentia Epis-  
copi, cuius diœcesi repertur, ita testatur decusum Ar-  
mendar. d. 17, de Episcopis, num. 68, quem referto de officia  
& potest. Episcop. p. 2, alleg. 30, num. 15.
- Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, non po-  
test in Ecclesia sua iurisdictional, veluti si esset Pre-  
fatus, Christina conferre, nec alia Pontificalia exercere,  
nisi de expressa licentia Episcopi, intra cuius diœcesis  
fines prapositura existit, ita refert decusum Aldan. d. tit.  
8, num. 10.
- Commendatarius Abbatæ existens intra fines ali-  
cuius diœcesis, etiam exemptus, & habentis iura quasi  
Episcopalia, non potest vocare quem maluerit Episco-  
pum 15.

- pum pro ministrando sacramento Confirmationis suis populis, nisi de consensu, & licentia Episcopi, in cuius diccesi est Abbatia, ita refert decimum in via Veronae. Aldan. d. tit. 8. num. 11.
16. Abbatia aliqua si nullus dioeceseos existat, non potest Episcopus vicinior ibi conferre Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia absque Abbatis expressa licentia; sed est in facultate ipsius Abbatis conuocare quem maluerit cathedralicum Antistitem, salvo tamen maiori ure Episcopi vicinioris, si alunde id sibi competat. Verum potest Episcopus vicinior visitare beneficia secularia, & clericos seculares dicta Abbatie, illosque repertos culpabiles corrigeret. Et Episcopus vicinior dicitur ille, cuius cathedralis Ecclesia sit Abbatie proximior, non autem locis dicta Abbatie subiectis, sic refert decimum Aldan. citato loco.
17. Archiepiscopos non potest uti Cruce, nec Mozzetta Legato praefente in ciuitate, ex Aldan. d. tit. 8. num. 12. vbi testatur sic resolutum die 2. Octobris 1601. Et non potest Pontificalia exercere in Ecclesiis suffraganeorum, absque licentia Episcopi ordinarii, ex eod. Aldan. tit. 8. num. 26. vbi dicit sic fuisse decimum in S. Congreg. Episcopi sub die 18. Aprilis 1599.
18. Pontificalia in Ecclesia Archiepiscopi absque eius licentia non debet exercere Nuncius, ex Aldan. d. tit. 8. num. 14. vbi ait ita decimum in S. Congreg. Riti sub die 9. Mar. 1593.
19. Benedictionem non solemnem non comprehendit Concil. in hoc cap. ex Aldan. d. tit. 8. num. 15. vbi refert sic resolutum sub die 13. Aprilis 1630.
20. Episcopus & Vicarius extra territorium habent facultatem faciendo actus voluntaria iurisdictionis, vt resolvunt Vgolini de officio Episcopi, c. 2. §. 14. num. 4. Card. Tuch. lit. 1. concil. 346. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 127. a. princip. c. 2. num. 6. tenet quod possunt concedere dimissorias in aliena diccesi.
21. Hinc etiam Episcopus extra territorium potest excommunicare, & absoluere subditi suum secundum Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 62. num. 12. vbi num. 11. subdit posse Episcopum extra suam diccesim iurisdictionem contentiofam exercere, quando causa cognitio non vertitur, & effectus confertur in suam diccesim, de quo etiam Steph. Gratian. d. c. 127. n. 8. vel quando Episcopus diccesis permittet, modo litigantes in id consentiant, vt post alios resolvit Vgolin. d. §. 14. num. 4. vers. secundum excipitur, quem referto ego ipse d. alleg. 6. num. 18.
22. Abbatis titularibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem cum viu mitra, & baculo, non licet deferre mitram extra proprias corum Ecclesias per dicceses Ordinariorū absque speciali induito Sedis Apost. nec sine, nec cum licentia Ordinariorū, ex Aldan. d. tit. 8. num. 15. vbi refert decimum sub die 2. Augusti 1631.
23. Episcopi in Ecclesiis Regularium Pontificalia exercentes possunt ibi Baldachinum erigere, ex Aldan. d. tit. 8. num. 16. vbi atestatur resolutum in S. Congr. Episcop. sub die 10. Iulij 1603.
24. Baldachini vñus permititur Abbatibus Congregationis Cassinen, in tribus ad summum festiuatibus anni, quibus solemniter celebrant iuxta consuetudinem modestē, sine pompa, & auro. Urbanus VIII. consti. 101. incip. Exponi. 11. Iulij 1629. & Abbatibus Oliuertanis, consti. 97. incip. Exponi. 4. Aprilis 1629.
25. Episcopo exercenti Pontificalia etiam extra Cathedralem Ecclesiam, in ciuitate tamen, & non in diccesi, tenentur assistere, & inseruire, qui solent assistere, & inseruire exercenti Pontificalia in Cathedrali, ita refert decimum Galet. in margar. casum conscientie, verb. Canonicus, pen. Scip. de Rubeis in aphor. Episcop. verb. assistentia, num. 2.
26. Episcopo pontificaliter celebranti etiam in Ecclesia collegiata, vel parochiali, assistere debent dignitates, & Canonici Cathedralis si adsint, non autem Canonici Collegiate, vel Presbyteri parochialis, etiam si numerus aliquo sufficiens sit Presbyterorum, ex Aldan. d. tit. 8. num. 15. vbi refert ita resolutum in S. Congreg. Rituum in Calaguritanā 1. Iulij 1601 & in Bononiā. 20. Aprilis 1602. & in Brundusina 15. Iulij 1617. & in Iseruen. 2. Augusti 1631. retero ego ipse de Canonici cap. 33. num. 11.
- a Nulli Episcopo. ] Vel etiam Archiepiscopo, vt cum gloss. in cap. 2. de offic. ordin. lib. 6. tradit. Conarr. præf. cap. 9. num. 2. & melius Zerol. d. verb. Archiepiscop. vers. ad secundum, vbi respondet ad text. in cap. 1. de auctor. & usū pallij, cum similibus.
- Vicarium generalem non posse concedere licentiam alteri Episcopo exercendi Pontificalia in suā diccesi, testatur resolutum Sbroz. in addit. ad suum tract. de vicario Episcopi, lib. 2. quest. 7.
- b Nisi de Ordinarij, &c.] Episcopi scilicet, in cuius diecessi locus est constitutus, & non de Prælato inferiori, etiam exempto, vt per Galet. in margarita casum conscientie, verb. verba 1.
- y Expressa licentia. ] Ergo non sufficit tacita, vt per Narbon. l. 59. gloss. 1. num. 22. tit. 4. lib. 2. Recop. D. Felician. de Vega Archiepisc. Mexican. in relect. ad cap. significanti, num. 22. de furo compet.
- z In persona eidem Ordinario subiectas tantum.] Vel alijs Ordinariis, si ab eis litteras dimissorias habuerint, vt per Fr. Emmann. in sum. part. 2. cap. 14. num. 7. concil. 7. Ludovic. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quest. 38. art. 3. in concil.
- aa Ab exercito Pontificalium, &c.] Episcopus ordinans in aliena diccesi absque licentia expressa Ordinarij loci, aut ordinans de licentia Episcopi personas non subditas, suspendit tur a Pontificalibus, vt resolvunt Henrici in sum. lib. 13. cap. 38. §. 1. vers. 1. Campan. in diversis Casu. rubr. 6. c. 1. n. 2. & rubr. 9. cap. 4. Thom. Valasec. allegat. in his tom. 1. alleg. 2. num. 18. Bonacina d. q. 6. punto 5. num. 21. quos referto d. alleg. 6. num. 4.
- Pontificalium nomine quicunque veniant, colligitur ex gloss. verb à Pontificalibus, in Extrauag. suscepit regimini, de elect. Mar. Alter. de censur. disp. 16. c. 3. vers. queret aliquis, metropoli de officio, & pates, Episcop. part. 3 alleg. 111. num. 33.
- Missa sacrificium cum mitra & baculo celebrare non potest ab exercito Pontificalium suspensus, secundum Aloys. Ricc. in præz. rerum fori eccl. decr. 467. in 1. edit. alias resol. 440. in 2. edit. Nec calices, & corporalia etiam inaduentur benedicere, vt per Zerol. in præz. Episc. p. 2. verb. Episcop. vers. secundo. Franc. Leo in subseru. fori eccl. p. 3. c. 8. num. 15. quos referto d. alleg. 6. num. 8. vbi num. 19. resolu. an suspensus à Pontificalibus in illis celebrando fiat irregularis.
- Vtrum autem sub hac suspensione prohibeat exercitum iurisdictionis Episcopalis? Negatiue respondet Vgolin. de censur. tab. 4. cap. 6. §. 6. num. 5. Aloys. Ricc. d. resol. 440. num. 5.
- cc Et sic ordinati ab executione Ordinum, &c.] Procedit ex eo quod eti fortassis in ipso ordinato non adfuerit aliqua culpa, attamen quia ob ipsam ordinacionem, Episcopus, qui contert Ordinem, ipso facto incurrit Pontificalium suspensionem, inde est quod etiam eadem suspensiō respectu Ordinis suscepit ad ipsum ordinatum protrahatur, vt post Mari. Alter. tenet D. Felician. de Vega ad cap. eti. clerici. §. 1. verbo, num. 34. de iudic. Contra male ordinantes, & male ordinatos extat constitutio S. D. N. Urban. V III. incip. Secretis. sub dat. 11. Decembri 1524. vbi innouantur constitutiones aliae super hac re editæ, vide licet Clementus IV. & Pij II.
- dd Et quamvis ordinatio proprii Episcopi extra territ. puniri possit, est tamen valida, vt resolvunt Henrici in sum. lib. 11. c. 3. §. 2. in fine, lib. 5. Vgolin. de potest. Episc. c. 4. §. 14. num. 2. quos referto d. alleg. 6. num. 11.